



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Regvlarvm Vtrivsque Ivris Cvm Ampliationibvs Ac Limitationibvs

Dueñas, Pedro

Venetiis, 1566

Regvla III.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63232](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63232)

ibi Bar. sed & est leue iudicium secundum Bal. in l. non hoc C. unde cognat. & fuga triplex est. uoluntaria causaria & ignominiosa. Bal. in l. i. C. de edict. act. Adde deci. confi. 234. col. i. nu. 3. Mar. sing. 497. & §. diligenter nu. 41. in sua prat. C. & Matth. 145. sing. suis.

Fallit etiam in tribus casibus de quibus in R. Sone. nu. 162. limita. d. regulam quando aufugiens t̄ a loco solitæ habitationis illico se præsentaret coram iudice, quia tunc non habetur pro fugiente. Ira Bal. in l. i. C. de ser. fugit. post glo. in l. iij. §. Mansor. ff. de re milit. & Bar. in l. quis sit fugitiuus. §. i. ff. de edict. edict. & uide 2. limit. R. 392. sup.

REGULA III.

1 Fugitiuus debitor in die Dominico capi potest t̄ ut c. licet. & c. de ferijs & c. fin. de Iudic. gloss. not. in l. dies festos. C. de ferijs & ibi doct. eo maxime, quia creditor debitorem fugitiuum auctoritate propria capere potest; etiam sine iudicis mandato; cum iuris cõmunis solemnia in hoc casu relaxentur. ut l. ait prætor. §. si debitorem. ff. de iis. que in fraud. credit. Anch. confi. 123. Vnus ex procurat. nu. 8. ad fin. maxime si post debitum contractum creditor notitiam habet & summaria t̄ cognitio per iudicem de fuga ipsa comprobata sit. quod tu nota. Deci. in l. uinum nu. 8. & ibi Ias. ff. si cert. petat. licet Ias. in l. plerique. ff. de in ius. uoc. tenuerit quod fugitiuus possit in domo ad instantiam. t̄ detineri, argumento de tempore ad locum ut ibi.

Securitas enim data alicui ne capiatur in domo habitationis per l. plerique. ff. de in ius uo. hoc intelligitur præterquam in criminibus, quia t̄ criminofus in nullo loco est tutus. ira Bal. confi. 400. nu. 2. uol. i.

4 DE iure uero nostræ patriæ fugitiui t̄ nec in domo, uel in ecclesia nullo modo retineri & incarcerari possunt.

Fallit in hac ciuitate, quia debitores fugitiui in certis diebus edilitiis, ex forma. l. excellentissimi Senatus 1557. 4. Aprilis per dies octo ante festum natiuit. domini nostri Iesu Christi, & in die palmarum Quadragesimæ, usque ad ultimam diem Paschæ uigore legis dicti fugitiui possunt se con-

con-

conferre per ciuitatem ad eorum libitum, & omnis personalis executio contra præditos est interdicta, & si fortasse fieret, aliqua personalis executio in d. tēpore, eo tunc uigore d.l. clar. d. Aud. uer. inciderent pro ut in multis casibus iudicatum, obtentum, & decisum fuit. ut in actis officii clare patet, quòd tu tene menti.

- 1 Amplia. ut suspectus possit etiam detineri in alieno reitorio, nam eo in loco auctoritate propria capi potest, ita tenet Ang. in l. nemo carcerem in ult. col. C. de exact. tribut. & ibi Benedict. de Plumb. penult. col. 5. Item iuxta prædicta quæro. lib. x. in repet. sua. & idem Angel. in l. l. nu. 2. C. ubi quis de curia. uel coharta.
- 2 Amplia. in bannito, nam eo ipso quòd quis est bannitus censetur esse in fuga. not. Bal. & Moder. in l. rogasti. §. fin. ff. si cert. pet. ratio quia bannitus quo ad ipsius personam habetur pro mortuo, & inter uiuos non potest conuenerari. l. amissione. §. qui deficiunt. ff. de cap. dim. Caccia. l. ap. in tract. de debiti. susp. de fuga q. 16. nu. 3.
- 3 Amplia. ut suspectus de fuga retentus non possit opponere exceptionem incompetentiæ ut Alex. & Deci. in l. i. iurisdictio. nu. 17. ff. de iuris. omn. iudicu. Anch. consi. 193. in auxilium ueritatis. nu. 3. uer. quo ad primum fol. 77. Imo nec etiã exceptio feriarũ, ut l. dies festos. C. de feriis & hoc ne iura creditoris pereant. & aliis rōnibus. ut ibi q. not.
- 4 Amplia. ut etiam si sit debitor in diem uel sub conditione. qui potest etiam capi, propter suspicionem fugæ: maxime a creditore de cuius interesse agitur. ut l. quæsitum cū glos. in uer. quia. ff. de pignor. ut Aret. consi. 95. & Deci. consi. 75. num. 2. & in d. l. cui. num. 21. quòd not. Roma. consi. 242. num. 2. cum aliis.
- 1 Fallit quando debitor possideret bona immobilia. seu stabilia in loco, in quo quis sortitur forum, secundum Aret. in consi. 95. respondendo iij. col. & deci. d. consi. 75. uum. 2. uers. secus in casu nostro: quòd not.
- 2 Fallit etiam quando creditor habet pignus penes se & in manibus suis. quia eo casu non potest procedere ad aliquam retentionem contra debitore ob suspensionem fugæ ex quo creditum

creditorum suum est tutum ac securum per constitutionem pignoris, quod utique creditor uendere non potest. nisi debitor in mora constituatur. ut est tex. secundum Bar. & Saly. in l. cum soluenda. ff. de distract. pignor. & in l. si ex legati causa. ff. de uerbo. oblig. & Bal. in l. creditor qui non idoneum uers. quæro. ff. si cert. pet. & est gloss. in uerbo redigere. l. ij. C. de pignor.

3 Fallit itidem in milite dum seruit in armata militia, quia tunc uullo modo capi potest, ut est glo. not. in uerbo armata. C. ubi quis de cur. uel cohart. l. ij. & Ang. in l. i. nu. 2. ff. C. eod. tit.

4 Fallit in debitore fugiente ad ecclesiam: qui ut suspectus retineri non potest. secundum Old. consi. 54. an fugiens. Abb. in c. Inter alia nu. 22. de immun. eccl. Ripa in c. i. nu. 33. de Iudic. Deci. in l. uinum. ij. not. 8. ff. si cert. pet. doct. in l. pierique. ff. de in ius uocand. nu. 25.

Fallit in casu truffæ, quia fugitiui etiam in domo propria detineri possunt, & commissio, & retentio eo casu per iudicem fieri potest. & facta per iudices laudabitur. pro ut pluries decisum fuit, & isti fugitiui: falliti appellantur fraudatores & deceptores, nec sunt digni excusatione aliqua ob aduersam fortunam. ita sing. Bal. in consi. 372. n. 20. in fine. uol. 5.

REGULA IIII.

Fama probata per duos testes sine alijs adminiculis non facit inditium sufficiens ad torturam. ita Bar. in l. Milites. ff. de questio. Marf. in l. de minore. §. plurium quoque nu. 30. ff. de questio. & sing. 205. Abb. consi. 81. nu. 1. uol. ij. sed. de sen. consi. 62. Antonius de But. & doct. in c. ueniens. Il primo de testib. Felin. in d. c. nu. 14. Bar. consi. 191. d. Paci de Burgo. & idē Marf. in sing. 97. fama. Bal. & Saly. in l. ea quidem. C. de accusat. in mat. famæ. Bal. not. in consi. 402. quæritur. nu. 5. uol. 5. & in consi. 447. nu. 12. ubi concludit famam sine adminiculis non sufficere ad condemnandum. sed bene ad inquirendum. ut eo. uol. & in consi. 78. Textus nu. 2. & cōf. 2. nu. 5. eo. uol. ij. Dec. in d. c. ueniens n. 24. usq; 29. de test.

Hanc